

1624. Derogatio contrariorum

§.4. Non obstantibus quacumque tenaria, etiam completa, & etiam majori a jure statuta praescriptione, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon privilegiis, exemptionibus, indultis, & literis Apostolicis Capitulis, Congregationibus, Collegiis, Seminariis, Societatibus, Hospitalibus, & aliis piis locis praefatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, & scientia similibus, ac de Apostolica potestate plenitudine, etiam consistorialiter, & ex causa inhi contractus, aut alias quomodolibet concessis, ac iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis, quae Praedecessores praefati in singulis eorum literis voluerunt non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transsum potest.

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostense.

Dar. die 13. Jun. An. I.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Idibus Junii, Anno I. Fiat Motu proprio M.

Die XXI. Mensis Junii 1624. supradictae Litterae Apostolicae in forma Motus proprii exhibitae fuerunt in Camera Apostolica. & per eisdem Camera Decretum admissa, & registrata in libris ipsius Camerae penes me illius Notarium existentibus, nempe libro Diversorum fol. 91. & seqq., & in fidem, &c. Joan. Baptista Cennus.

LVII.

Regest. in Secret. Breve.

Extensio Indultorum Cruciate ad Ecclesiasticos seculares, & Regulares Regnorum Hispaniarum.

Charissimo in Christo Filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Charissime in Christo fili nostri salutem, & apostolicam benedictionem.

Pius Papa concesserat vi

§.1. Alias fel. rec. Pius Papa V. Praedecessor noster inter ceteras gra-

tias illas spirituales, & temporales ad certum tunc expressum tempus publicandas, & duraturas cla. me. Philippo II. Hispaniarum Regi Catholico avo tuo, ac omnibus, & singulis Christianis in Regnis, & Dominis Hispaniarum, & illis adiacentibus, necnon Sardiniae insulis consistentibus, & ad illa declinantibus, iis, qui certa munera adimplevissent, concessas, & a diversis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris eidem Philippo, ac similis mem. Philippo III. etiam Hispaniarum Regi Catholico genitori tuo, & nuper a nobis Majestati tuae prorogatas indulget, ut ipsi Carnibus de consilio utriusque Medici temporibus jejunorum tam quadragesimalium, quam quorumlibet aliorum totius anni vesci, ac pro eorum libito ovis, & lactiniis, ita quod, qui carnes non comedissent, servata in ceteris jejunii ecclesiastici forma, disto jejunio satisfecisse censerentur; sub hac tamen gratia, & concessione minime comprehendendi Patriarchas, Primate, Archiepiscopos, Episcopos, neque alios inferiores Praelatos, neque quilibet Personas regulares, ac ex secularibus eas, quae in Presbyteratus ordine constitutae essent quoad quadragesimalia jejunia: illis autem exceptis, omnes praedictos, praeterquam insularum praedictarum incolas, etiam ovis, & lactiniis vesci posse, ut supra concessit, neque voluit etiam quemcumque ecclesiasticum, vel secularem, qui eam gratiam fuisset assequutus, ea posse uti extra ipsa Hispaniarum regna.

gore Cruciate subditis Regis Hispaniarum, ut jejuniorum tempore carnibus, vel lactiniis vesci tentur.

Ea ab eligendo Confessario a casibus Sedi Ap. reservatis absolventur, ecclesiasticis exceptis.

§.2. Praeterea, ut iidem omnes, & eorum singuli quemcumque Presbyterum secularem, vel cuiusvis etiam mendicantium ordinum regularem, ex iis qui ab Ordinario, & quo ad regulares semel tamen approbati fuissent, in confessorum eligere, & ab eo quorumcumque peccatorum, ac censurarum videlicet earum, quae Sedi Apostolicae reservatorum, & reservatarum, & quae etiam in Bulla solita publicari in die Coenae Domini continentur, plenariam indulgentiam, & remissionem semel in vita, & semel in mortis articulo, aliorum vero Sedi Apostolicae non reservatorum, aut non reservatarum, toties, quoties confiterentur, absolutionem, & remissionem mediante salutari poenitentia secundum Culparum exigentiam obtinere possint, & valeant, modo etiam in casibus, in quibus necessaria esset per ipsos, vel dato impedimento per haeredes, aut alios satisfactio fieret, & alias pro ut in diversis tam sub plumbo, quam in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum omnium tenores praesentibus pro expressis haberi volumus plenius continetur.

§.3. Nunc autem Nos tam Presbyterorum secularium, quam personarum regularium masculini sexus locorum in literis hujusmodi comprehensorum corporum valedudini, ac conscientiae quieti, spiritualique consolationi, quantum cum Domino possumus, benigne consulere volentes, supplicationibus etiam Majestatis tuae nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Venera-

Urbanus hujusmodi indulta ad ecclesiasticos ipsos extendit.

Derabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis inferioribus Praelatis, necnon Presbyteris secularibus praedictis dumtaxat, ut quadragesimali tempore, hebdomada tamen majori excepta, ovis similiter, & lactiniis pro eorum libito uti, & vesci. Praeterea Personis regularibus masculini sexus tantum praedictis, ut quemcumque Presbyterum secularem, vel cuiusvis Ordinis, etiam Mendicantium Ordinum regularium, ut praefertur, approbatum, semel in vita, & semel in mortis articulo, in suum eligere confessarium, libere, & licite valeant; a quo ab eorum peccatis, ac etiam censuris praedictis modo, & forma praemissis absolvi possint apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Committere Indiarum Patriarchae, ut Confessarium deputet, qui Regulares ab solvat non tamen a casibus Sedi Ap. reservatis.

§.4. Insuper Venerabili Fratri Didaco Patriarchae Indiarum dictionum gratiarum executori, & Commissario apostolica auctoritate deputato, quem etiam praesentium executorum, & Commissarium deputamus, facultatem concedimus auctoritate nostra, praecipendi, & mandandi quibusvis Monasteriorum, Conventuum, & aliorum locorum regularium, virorum dumtaxat superioribus, ut singulis annis ultra solitos, alium proprii, seu alterius Ordinis regularem, iis vero in locis, in quibus unica dumtaxat Domus, seu alius locus regularis existit, etiam secularem Confessarium similiter, ut praefertur, approbatum, de consensu Conventus, Capituli, Monasterii, vel domus, aut alterius regularis loci hujusmodi per secreta suffragia praestando, deputet, qui semel in anno sacras Religiosorum eorumdem confessiones audire, illisque a commissis per eos peccatis non tamen Sedi praedictae reservatis, nec in Bulla hujusmodi contentis, vigore gratiarum in supradictis Literis contentarum, & servata earum forma, absolvere valeat.

Classifica.

Derogatio contrariorum

Dar. die 14. Junii 1624. An. I.

§.5. Decernentes irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Literis praedictis ac omnibus illis, quae in eis concessa sunt non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque, praesentibus ad quinquennium, dumtaxat valentur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 14. Junii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

LVIII.

Regest. in Secret. Breve.

Confirmatio Emptionis Oppidi de Lizheim ad Fridericum Comitem Palatinum Rheni spectantem facta ab Henrico Lotharingia Duce causa propaganda in eo religione catholica.

Dilecto filio nobili viro Henrico Lotharingia Duci.

URBANUS PAPA VIII. Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

Circumspecta Sedis Apostolicae benignitas Catholicorum Principum vota, per Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

que catholice fidei propagationi, haeresumque extirpationi consulitur, ad exauditionis gratiam libenter admittit, eaque favoribus prosequitur opportunis.

Lotharingia Dux a Friderico Comite Palatino Rheni Oppidum de Lizheim emit.

§.1. Tuo siquidem nomine nuper expositum fuit, quod tu animadvertens, oppidum de Lizheim, atque locum de Craffal Meten. seu alterius Dioecesis cum Castris, Terris, Villis, & Pagis ab eis dependentibus ad Federicum tunc assertum Comitem Palatinum Rheni spectantia, ita tui Ducatus, & Status finibus, & bonis circumscripta, atque intra illius terminos inclusa esse, ut illorum incolae suis finibus egredi non possent, quin loca temporalia tuo dominio subiecta pertransirent: ob idque ne ex illorum, qui haeresis labe infecti erant frequentatione, atque commercio subditi tui haeresi hujusmodi infectarentur, sed ab illa immunes conservarentur, ipsique incola sub tuo gubernio ad Sanctae Matris Ecclesiae gremium, benediciente Domino, reducerentur, oppidum, & castrum hujusmodi cum omnibus illorum dependentiis, ac territoriis, ac quibusvis bonis cuiuscumque qualitatis, & speciei, in illis, & intra illorum fines existentibus, ac mero, & mixto imperio, gadique potestate, & omnimoda Jurisdictione, & auctoritate a dicto Federico animo, & intentione religionem catholicam ibi restituendi emitti.

Cum vero eo in Oppido olim fuerit Monasterium Ord. Cisterci.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat in oppido de Lizheim, & loco de Craffal hujusmodi olim Monasterium, seu Prioratus Cisterciensis, seu alterius Ordinis existerent, illa vero jam a septuaginta annis, & ultra, apostolica auctoritate, suppressa, & prophanata, illorumque fructus, redditus, & proventus Universitati studii generalis Oppidi Heidelbergae Wormatiensis Dioecesis eadem auctoritate applicati fuerint;

Ilud Friderici Antecessor occupasse, dubium sit.

§.3. Quia vero credibile est, eiusdem Federici antecessores, ac forsitan ipsum Federicum tam Monasterium, seu Prioratum hujusmodi, quam forsitan alia bona ecclesiastica intra Oppidum, & Terras hujusmodi a te, ut praefertur, empta, usurpasse, sibi que appropriasse, illa vero, si quae sint, ita aliis bonis emptis incorporata sunt, ut certa eorum distinctio, vel alia notitia non habeatur.

Lotharingia Dux hujusmodi emptionem apostolica auctoritate petere consuevit.

§.4. Ob idque tu, qui titulo oneroso omnia in dicta venditione comprehensa acquisivisti, ac bona fidei emptor existis, quae in hujusmodi emptione non tam propria commoda, quam iis in locis fidei catholicae restitutionem respexisti, plurimum cupias tuae securitati, ac indemnitati provideri, ac emptioni, & acquisitioni per te, ut praefertur, factis, robor apostolicae firmitatis adici.

Confirmat Pontifex.

§.5. Nos sperantes in Domino fore, ut locorum in emptione, & acquisitione praedictis comprehensorum sub tuo dominio extirpatis omnino haeresum erroribus ad verae fidei cultum, per immensam divinae bonitatis misericordiam reducantur, votisque tuis, quantum cum Domino possumus annuere, teque specialibus favoribus, & gra-

gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad praemissorum effectum dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon scripturarum super venditione, emptione, & acquisitione praedictis confessorum tenores etiam veriores, ac alia hic de necessitate exprimenda, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Emptionem, & acquisitionem oppidi, & castri, ac aliorum locorum in dicta emptione comprehensorum a te, ut praefertur, factam, etiam si forsitan in venditione hujusmodi aliqua bona ecclesiastica sint, & ad Ecclesias, vel quaecumque Beneficia Ecclesiastica quomodolibet qualificata spectent, quatenus ignorentur, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus; illisque perpetua, & inviolabilis firmitatis apostolica robor adiciamus, ac omnes, & singulos tam Juris, quam facti, ac solemnitate etiam quantumvis substantialium, & de jure, usu, stilo, consuetudine ac alias quomodolibet requisitarum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Bonaque ecclesiastica si que inter empta reperiantur, ab eo, haeredibusque tuta conscientia possideantur indulget.

Adiecta lege Parochiarum ibidem exigendi.

Clauulas pro firmitate emptionis validitate necessarias apponit.

sime suffragari, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de jure quaesito non tollendo, ac felicis recordationis Pauli Papae II., & aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Et contrariis queque tollit

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decimaquarta Junii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 14. Junii 1624. An.I.

LIX.

Confirmatio privilegiorum Congregationis Joannis Dei sub regula Sancti Augustini, & communicatio Indultorum Ordinibus Mendicantium, & praesertim Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, eorumque locis, & personis concessorum, & concedendorum.

Institutionem Congregat. horum Fratrum perlege in Pii Quinti Constitutione. CXCIV. qua incipit: Licet, Tom. IV. Par. III. fol. 190. Et illius creationem in veram Religionem habes in Pauli V. Constitut. CLXXXIII. qua incipit Romanus, Tom. V. Par. IV. fol. 2.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Acrosanctum apostolatus officium, quod humilitatem nostram, nullo licet meritum suffragio, gerere voluit Altissimus, jugiter postulat, ut paternam Sacrarum Religionum, atque Congregationum uberes, & suaves in militanti Ecclesia fructus assidue praestantium, curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis a Rom. Pont. Praedecessoribus nostris concessa, non solum approbemus, verum alia eis concedamus, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspiciamus salubriter in Domino expedire.

Exordium.

§.1. Hinc est, quod Nos dilectos filios Fratres Congregationis Joannis Dei sub regula Sancti Augustini, qui, sicut accepimus, ab ipso Congregationis praedictae initio multiplicata, atque insignia pietatis, & christianae charitatis opera erga pauperes, & infirmos in eorum Hospitalibus degentes, magno cum

Comprobatio gratiarum, & privilegiorum ut in rubrica.

cum Reipublice Christiana spirituali comodo, & utilitate exercuerant, & in dies exercere non desinant, spiritualibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis per dilectum filium Gasparem Diaz Campomanes istius Congregationis in Regno Hispaniarum Procuratorem generalem super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, praerogativas, favores, conservaciones, declarationes, facultates, dispensaciones, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis, seu alias per quoscumque Rom. Pont. Praedecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem sub quacumque verborum forma, & expressione in genere, & in specie quomodolibet concessa, ac pluries confirmata, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulis literas, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, aut alias desuper confectas, quatenus tamen sint in usu, & non sint revocata, seu sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversentur, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetua, & inviolabilis apostolica firmitatis robor adiciamus, omnesque, & singulos tam Juris, quam facti, & quovis alios etiam quantumvis substantialis defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Communicatio praerogativarum, & indultorum Ordinibus Mendicantium, & Congr. Cler. Regul. Ministrantium Infirmis concessorum, & concedendorum.

§.2. Et insuper, ut Fratres Congregationis hujusmodi tanto ferventius divinis beneplacitis, piorumque operum hujusmodi exercitio insistant, quanto majoribus se viderint spiritualibus gratis fore munitos, omnia, & singula privilegia, praerogativas, concessiones, favores, facultates, declarationes, conservatorias, immunitates, exemptiones, libertates, ceterasque gratias, praerogativas, & indulta cujusvis generis existantia spiritualia, & temporalia, qualiacumque illa sint, quae pariter sint in usu, & non sint revocata, vel sub aliquibus revocationibus comprehensa, neque sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, aut Apostolicis Constitutionibus adversentur, ut praefertur, Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, eorumque Conventibus, domibus, & aliis locis regularibus, necnon Ecclesiasticis, & dilectis filiis Ordinibus, & Congregationibus hujusmodi Generalibus, Praesidentibus, & quibusvis aliis Superioribus Praelatis, & Capitulis etiam generalibus, provincialibus, seu intermediis, eorumque Definitoribus, Prioribus, No-

Ball. Rom. Tom. V. Par. V. vitiis, Fratribus, Conversis, Donatis, ac quibusvis eorum regularibus personis, tam in Urbe, quam etiam in quibuscumque Mundi partibus existentibus, & illorum intuitu, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, seu per Nos, & successores nostros, aut alios auctoritatem habentes, concessa sunt, & concedentur: ac quibus de jure, usu consuetudine, vel privilegio, seu concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ad dictam Congregationem Joannis Dei, & singula illius Monasteria, Domos, Hospitalia, & alia loca regularia, illorumque Superiores, Praelatos, & quascumque regulares personas auctoritate, & tenore praedictis etiam perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus, ac suffragari volumus.

Deputatio exequutorum hujus Bullae.

§.3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, necnon dilecto filio causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum quodcumque per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, & Fratrum Congregationis Joannis Dei praedictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem plenum eorum effectum fortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper contra praesentium tenorem sub quovis praetextu, & causa, etiam defectu intentionis nostrae, per quoscumque quomodolibet indebite molestari, quinimmo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingerit, omnino semper in praesentium reponi; Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & poenas Ecclesiasticas, & alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Delegatio contrariorum

§.4. Non obstantibus praemissis, ac pie mem. Bonifacii Papae VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum hujusmodi statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam

etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Transumptum fides.

§.5. Verum quia difficile foret, presentes Literas ubicumque opus esset deferri, volumus, & pariter auctoritate apostolica decernimus, quod illarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 20. Junii 1624. An.I.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris, die 20. Junii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

LX.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Prorogatio, seu nova concessio Indulti juris nominandi ad Canonicatus, & Praebendas Ecclesiarum Colonien. Rectori Universitatis Colonien., adjectis tamen nonnullis legibus per nominatos servandis.

Dilectis filiis Nobilibus Viris Consulibus, & Senatui Civitatis, & Republicae Colonien.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecti filii Nobiles viri, salutem, & apostolicam benedictionem.

Recentes concessiones Summi Pontificis factas

§.1. Alias pie memoriae Paulo Papa V. Praedecessori nostro, pro parte vestra exposito, quod pridem sel. rec. Clemens Papa VIII. similiter Praedecessor noster cum accepisset, quod antea recolenda memoriae Paulus Papa IV. etiam Praedecessor noster, certis tunc expressis causis adductus Rectori, & Decanis quatuor facultatum Universitatis studii generalis Colonien., Consilioque illius facultatis, ex qua persona nominanda esset, apostolica aucto-

Paulus IV. Rectori Universitatis Colonien. concessit ad reuendit Indultum presentandi ad Canonicatus

ritate indulserat, ut cum provisoribus ejusdem Universitatis personas assumere possent in eadem Universitate promotas, ac in publicis Scholis ejusdem Universitatis legentes, & lecuras, quas ipsi Rector, ac Decani, & Provifores, praestito juramento, unanimi consilio illius facultatis, in qua legerent, vel legere deberent, ad id more solito congregati idoneas, & catholicas esse, ac ad laudem, & fructum studiorum profiteri posse cognoscerent: easque dilectis filiis Majoris, & aliarum Ecclesiarum dictae Civitatis Capitulis, ad quos Canonicatum, & Praebendarum in eisdem Ecclesiis consisten. collatio, provifio, presentatio, electio, institutio, seu quavis alia dispositio communitur, vel divisim, vel alias quomodolibet pertineret, dicta videlicet, & Majoris, & Sancti Gereonis Colonien., ad Presbyterales tantum, ad reliquos vero aliarum Ecclesiarum praedictarum Canonicatus, & Praebendas, qui inde ad triennium tunc venturum in singulis Martii, Julii, & Novembris mensibus Sedi Apostolicae per Concordata Germanicae Nationis cum ipsa Sede inita reservatis vacassent, nominare valerent eis, ad quos illorum collatio, presentatio, electio, & dispositio hujusmodi spectaret; Et deinde dictum triennium semel, atque iterum pie memoriae Pius Papa IV., & Pius V., etiam Praedecessores nostri ad simile triennium, prorogaverant, & indultum praedictum etiam ad Majorem post Pontificalem, & Principales, aliasque Dignitates, Personatus, Administrationes, & Officia etiam curata, nec non Vicarias, & Cappellanas perpetuas Majoris, & Collegatarum aliarum Ecclesiarum Colonien., quae in praedictis mensibus intra ipsum tempus vacarent, ampliaverant; Et successive rec. memoriae Gregorius Papa XIII. similiter Praedecessor noster triennium a praedicto Pio Quinto Praedecessore prorogatum, vel concessum ad aliud triennium primo, & deinde ad quinquennium alias juxta formam literarum indulti Pauli IV. Praedecessoris praedicti dumtaxat, extenderat, vel etiam concesserat: & deinde idem quinquennium ab eo prorogatum, vel concessum ad aliud quinquennium ab illius sine numerandum extenderat, & ampliaverat: si vero lapsum esset quinquennium novum hujusmodi, ad hoc, ut ipso novo quinquennio durante Rector, Decani, & Provifores praedicti ad Presbyterales Majores, & Sancti Gereonis tantum, ad omnes vero alios reliquarum Ecclesiarum Colonien. Canonicatus, & Praebendas dumtaxat personas nominare possent, de novo concesserat. Et successive similis mem. Sixtus Papa Quintus etiam Praedecessor noster quinquennium ab eodem Gregorio Praedecessore ultimo prorogatum, seu concessum ad quadriennium, a sine ultimo prorogati, seu concessi quinquennii hujusmodi incohandum extenderat, & ampliaverat, si vero lapsum esset novum quadriennium hujusmodi ad hoc, ut ipso durante, Rector, Decani, & Provifores

1624. tus in Cathedrali, aliisque Ecclesiis Colonien.

Terminum hujusmodi prorogant Pius Quartus, & Pius Quintus.

Gregor. XIII.

Sixtus V.

ad Presbyterales Majores, & Sancti Gereonis, ad omnes vero alios reliquarum Ecclesiarum Colonien. Canonicatus, & Praebendas dumtaxat, qui interim in aliquo ex tribus mensibus praedictis extra Romanam Curiam vacarent, & alias juxta formam, & tenorem Literarum Pauli Praedecessoris praedicti tantum personas, ut praesertur, qualificatas nominare, & alia in Literis dicti Pauli IV. Praedecessoris contenta facere possent indulserat: ita tamen, ut personae sic nominatae infra sex menses a die provisionis, collationis, seu alterius cujusvis dispositionis de dictis Canonicatibus, & Praebendis in vim nominationis hujusmodi facere numerant, novas provisiones de eisdem Canonicatibus, & Praebendis a dicta Sede petere, & Literas Apostolicas desuper sub plumbo in totum expedire, ac jura Camerae Apostolicae, & aliis propterea debita persolvere omnino tenerentur: & nisi praemissa adimplerent, ipso semestri elapso, iidem Canonicatus, & Praebenda vacarent eo ipso, & sic vacantes per Sedem Apostolicam dumtaxat aliis quibuscumque personis conferri libere possent. Volens, ut Rector, & alii praedicti hujusmodi jus nominandi habentes, sive ecclesiastici, sive laici, si dem catholicam juxta articulos pridem ab eadem Sede propositos in manibus Archiepiscopi, seu Officialis Colonien. pro tempore existentis annis singulis profiteri tenerentur, aliquo nominationes ab iis faciendae, & inde sequuta omnia, nullius essent valoris, vel momenti. Ipse etiam Clemens Praedecessor certis tunc expressis de causis tempus quadriennii per dictum Sixtum Praedecessorem prorogati, seu de novo concessi, de consilio Ven. Fratrum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Congregationis Germaniae bis ad aliud quinquennium extenderat, & prorogaverat, & quatenus lapsum esset idem indultum, de novo concesserat juxta formam Literarum Pauli IV. Praedecessoris praedicti: ita tamen, ut prioris hujusmodi indulti prorogatio, seu concessio non extenderetur ad Canonicatus, & Praebendas Ecclesiae Metropolitanae, ad Vicarias vero tamen dictae Metropolitanae, quam aliarum Ecclesiarum omnium dictae Civitatis, etiam ad eos, qui in alia quam in Colonien. Academia gradum suscepissent, illud extensum esse voluerat, & extenderat, ac ampliaverat: volens, & inhibens, si aliquis nominatus beneficium, ad quod nominatus fuisset, resignare vellet, ne ullomodo, nisi in manibus Rom. Pont., aut Nuncii Apostolici, in dicta Civitate pro tempore degentis, hujusmodi beneficium in favorem alterius a Rectore, & Decanis praedictis nominandi, nec per resignationem illud, nec per permutationem dimittere possent: quodque non nisi servato inter competitorum concursu a Sacro Concilio Tridentino in collationibus Parochialium Ecclesiarum praescripto ad Canonicatus, & Praebendas praedictos nominare, & conferre deberent, ac nominantes jurare se digniorem, & ad profitendum munus magis ap-

Clemens VIII.

tum praeturo, ac vicissim eum, quem praeferi contigisset, jurare, se injunctum sibi profitendi officium diligenter praestitutum: Deinde vero ex causis praedictis dictus Clemens praedecessor indultum hujusmodi iterum ad aliud quinquennium prorogaverat, extenderat, seu concesserat, decreveratque hujusmodi Canonicatus, & Praebendas non nisi personis in aliqua ex dictis Universitatibus idoneis repertis, qui iurejurando ad profitendum munus diligenter exercen. sese adstringerent, dumtaxat conferri, ac Canonicatus, & Praebendas praedictos per eos hujusmodi nominationis vigore obtinen. non nisi in manibus Rom. Pontificis pro tempore existentis cum specifica mentione, quod illos vigore hujusmodi nominationis consequuti essent, resignari, vel alias dimitti nullatenus posse, alioquin Canonicatus, & Praebenda hujusmodi vacarent eo ipso, itaut de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi possent; Idem Paulus Quintus Praedecessor supplicationibus vestro nomine sibi humiliter porrectis inclinatus indultum hujusmodi vobis a praedicto Clemente Praedecessore concessum, ac desuper expeditas literas praedictas ad aliud quinquennium, a sine quinquennii ultimodicti a Clemente Praedecessore concessi computan. auctoritate apostolica extendit, & prorogavit, nihilominus sine praedictio tunc, & pro tempore existentis Archiepiscopi Colonien., dilectis filiis Rectori, ac Decanis quatuor facultatum in dicta Universitate canonicis institutarum, & consilio illius ex facultatibus hujusmodi, cujus persona juxta formam literarum Pauli Quarti Praedecessoris nominanda fuisset, etiam pro tempore existentibus una cum dilectis filiis Proviforibus ipsius Universitatis, ut personas in eadem Universitate promotas, & legentes, ac lecuras, quas ipsi Rector, & Decani, ac Provifores medio eorum juramento una cum Consilio facultatis hujusmodi, in qua personae ipsae legerent, & legere deberent, ad hoc more solito convocato idoneas, & catholicas esse, ac cum laude, & fructu inibi, pro tempore studentium profiteri posse affirmarent: itaut si controversia in nominando inter Rectorem, & Decanos, necnon Provifores, ac etiam Consilium hujusmodi exorta fuisset, ille quem major pars votis suis praeferebat, putasset, praefertur: dilectis filiis Majoris, & Sancti Gereonis, ac aliarum Ecclesiarum Colonien. Capitulis, ad quos Canonicatum, & Praebendarum in eisdem Ecclesiis consisten. collatio, provifio, presentatio, electio, institutio, seu quavis alia dispositio conjunctim, vel separatim, vel alias quomodolibet cessan. reservationibus, & affectionibus apostolicis pertinebat, videlicet ad Presbyterales tantum Majoris, & Sancti Gereonis, itaut nominan. persona secundum eorum statuta, & privilegia eorum Capitulis concessa qualificatae essent ad omnes vero, & singulos alios Canonicatus, & singulas Praebendas reliquarum Ecclesiarum hujusmodi, quae ex tunc ad quinquennium,

Et Paulus.

Et Gregorius XV.

nium, tunc proxime futurum, a fine ultimi quinquennii per Clementem Prædecessorem prorogati, seu concessi computan. in singulis Martii, Julii, & Novembris mensibus pro tempore vacassent, & vacare contingeret, nominare libere, & licite valerent, dicta auctoritate concessit, & indulgit: ac statuit, & ordinavit, quod ii, ad quos collatio, provisio, præsentatio, electio, institutio, vel quævis alia dispositio Canonicatum, & Præbendarum hujusmodi pro tempore spectaret, Canonici, & Præbendas, quos personæ ad illos sic nominatæ per se, vel Procuratorem suum ad hoc ab eis specialiter constitutum infra unius mensis spatium, postquam eis, vel Procuratori suo illarum vacatio innotuisset, duxissent acceptam, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis eisdem nominatis personis conferre, & de eis etiam providere, seu eas ad illos præsentare, vel eligere, aut in illis instituere, vel aliâ de illis in eorumdem personarum nominatarum favorem disponere tenerentur: quodque iis præmissa facere recusantibus, vel negligentibus, aut differentibus etiam pro tempore existens Abbas Sancti Martini Colonien., ac Decanus Ecclesiæ Sancti Pauli Leodien., & qui hæreticæ pravitatis Inquisitor in illis partibus apostolica auctoritate deputatus existit, Prior Domus Ordinis Fratrum Prædicatorum etiam Colonien., & eorum quilibet Canonicatus, & Præbendas sic vacan., personis ad illos, ut præfertur, nominatis pro ea vice tantum eadem auctoritate conferre, & de illis etiam providere pariter libere, & licite possent: & quod ab eisdem personis sic pro tempore nominatis in actu nominationis de iis pro tempore factæ, in qua facultate, & in quo gymnasio, & qua hora illi docere, seu legere deberent, exprimeretur, & si a præmissis defecissent, post primam, & secundam monitiones eis desuper factas a perceptione fructuum, reddituum, & proventuum Præbendarum, quas vigore nominationum, & collationum hujusmodi tunc assequuti fuissent, per Abbatem, & Decanum Ecclesiæ Sancti Pauli Leodien., & Priorem prædictos, aut aliquem ex eis ad requisitionem illis per Rectorem, & Decanos facultatum, & Proviosores Universitatis hujusmodi facien. suspenderentur, & si suspensionem hujusmodi per mensem animo sustinuisent indurato iisdem Præbendis ipso facto, & cum effectu privarentur, & pro privatis haberentur, & statim de illis aliis personis modo, & forma præmissis provideretur. Verum si personæ nominatæ prædictæ in aliquam suspicionem hæresis incidissent, in eas per Inquisitores hæreticæ pravitatis in illis partibus eadem auctoritate deputatos absque ulla mora inquireretur: & si illæ compertæ fuissent hæresi hujusmodi infectæ, alii Catholici ad beneficia per illos obtenta simili modo nominarentur, & subinde quinquennium hujusmodi ad aliud quinquennium a fine ultimo dicti quinquennii computan. semel, atque iterum extendit,

& prorogavit, seu concessit, & indulgit: Postremo autem felicitis etiam recordationis Gregorius Papa XV. similiter Prædecessor noster per suas in simili forma Brevis exeditas literas indultum prædictum vobis ad quinquennium, ut præfertur, prorogatum, ac desuper confectas literas hujusmodi, & in eis contenta, ita tamen, ut hujusmodi indultum Canonicatus, & Præbendas Ecclesiæ Metropolitanæ Colonien. minime compræhenderet, neque ad eos se extenderet, ac sine præjudicio dicti tunc, & pro tempore existentis Archiepiscopi Colonien., ac aliâ sub certis modo, & forma tunc expressis ad aliud quinquennium etiam de novo concessit, prout in dictis Literis plenius etiam continetur.

§.2. Cum autem indultum hujusmodi per nostras, & Cancellariæ Apostolicæ regulas revocatum fuerit, & sicut nuper Nobis exponi fecistis, causa, propter quas a præfato Paulo IV. primo loco concessum, & ab aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris prædictis, ut supra, prorogatum, ac expresse de novo concessum fuerat, conservationis nimirum catholice religionis in ista Civitate Colonien. adhuc vigeant, vosque cupiatis ad catholicorum virorum studia in istis partibus alenda, & allicienda hujusmodi indulto diutius frui posse, Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, ut illud vobis ad aliud quinquennium de novo concedere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur singularum Literarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum sufficienter insertis habentes, ac vos, & vestrum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad præmissorum effectum dumtaxat assequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac quascumque nominationes, sive collationes de Canonicatibus, & Præbendis hujusmodi per vos post publicationem regularum hujusmodi usque ad diem datæ præsentium prætextu indulti hujusmodi per vos forsan factis, & omnia, & singula inde sequuta revocantes, cassantes, & annullantes, ac irritantes, nullique suffragari posse, seu debere decernentes, hujusmodi supplicationibus inclinati indultum prædictum vobis per dictum Gregorium Prædecessorem ad quinquennium, ut præfertur, de novo concessum, ac desuper confectas Literas prædictas, & in eis contenta, ita tamen, ut hujusmodi indultum Canonicatus, & Præbendas Ecclesiæ Metropolitanæ Colonien. minime compræhendant, nec ad eos se extendat, ac sine præjudicio Venerabilis Fratris moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Colonien. cum omnibus, & singulis aliis facultatibus, concessionibus, ordinationibus, clausulis, & decretis in illis appositis, ac servata in aliis omnibus, & per omnia eorundem

Consules, & Senatus Colonien. ab Urbano quoque petunt prorogari.

Prorogatus Pontifex.

dem Gregorii Decimiquinti Prædecessoris Literarum hujusmodi forma, ad aliud quinquennium, a data præsentium computan. apostolica auctoritate, tenore præsentium, de novo concedimus.

Sic per quoscumque Judices decerni jubet.

§.4. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, ac definituri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Clausulas apponit.

§.5. Decernentes etiam, vos quinquennio per præsentem concessio duran., indulto, ac desuper confectis Literis prædictis libere, & licite uti posse, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Servitium vero Ecclesiæ per substitutos præcipit adimpleri.

§.6. Volumus autem, & earundem tenore præsentium ordinamus, ne Ecclesiæ, in quibus personæ nominatæ hujusmodi vigore nominationum, aut collationum prædictarum Canonicatus, & Præbendas prædictos obtinuerint, ob earum impedimentum in legendo debitum defraudentur obsequiis, aut cultus divinus in illis minuatur, ut eadem personæ, si illis ea hora, qua ipsa divina officia celebrantur, legendum fuit, tunc per idoneos substitutos inibi deserviri facere possint, & ita deserviendo pro residentibus, & inservientibus habeantur, ac distributiones quotidianas lucrentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si personaliter deservirent: diebus Dominicis, & festis principalioribus, videlicet: Domini Nostri Jesu Christi, & Gloriosissimæ Virginis, Beatorum Apostolorum, & in quorum honorem dedicatæ sunt dictæ Ecclesiæ, aliorumque Sanctorum, quorum dies in singulis eisdem Ecclesiis solemnes, ac celebres habentur, exceptis, quibus eis non per substitutos prædictos, sed per se ipsos personaliter deservire teneantur.

Alias apponit egess.

§.7. Quodque hujusmodi Canonicatus, & Præbendæ personis ad profitem, in aliqua ex dictis Universitatibus idoneis reperitis, qui iurejurando ad profitem, munus diligenter exercen. sese astringant dumtaxat conferantur, ipsaque personæ prædictos Canonicatus, & Præbendas per eas hujusmodi nominationis vigore obtinen. nisi in manibus nostris, aut pro tempore existentis Rom. Pont. cum specifica mentione, quod illos vigore nominationis hujusmodi consequuti sunt, resignare, aut aliâ dimittere nullatenus possint, alioquin Canonicatus, & Præbendæ hujusmodi vacant eo ipso, ita ut de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi possit, utque personæ sic nominatæ prædictæ infra sex menses a die collationis, & provisionis, aut cujusvis alterius dispositionis, de Canonicatibus, & Præbendis, ad quos illas nominari contigerit, sibi faciendæ

rum, ut præfertur, novas provisiones super illis a dicta Sede impetrare, & Literas Apostolicas desuper in totum expedire, ac jura Camera Apostolicæ, & aliis propterea debita perolvere omnino teneantur, alioquin, dictis sex mensibus elapsis, Canonici, & Præbendæ hujusmodi vacant eo ipso, itant aliis per eandem Sedem tamen libere conferri possint.

Derogatur obstatibus.

§.8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, & Capitulis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, vel aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliâ in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 26. Junii 1624. An. I.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 26 Jun. 1624, Pontificatus nostri Anno I.

LXI.

Confirmatio privilegiorum, Ordini Fratrum Minorum S. Francisci de Paula concessorum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaves in Domino stactus assidue præstantium paternam curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Apostolica Sede concessa, quo validius perpetuo subsistant, apostolica confirmationis robore libenter communiamus.

Exordium.

§.1. Volentes igitur universum Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci de Paula, ex quo uberrimi in eadem Dei Ecclesia fructus ad ipsius omnipotentis Dei laudem, & Christianæ Reipublicæ spirituale commodum, & utilitatem ab ipsius Ordinis initio semper prodierunt, & in dies predeunt, ac ipsius Ordinis Correctorem generalem, & Fratres universos specialibus favoribus,

Confirmatio de qua in Rubrica.

libus, & gratis prosequi, ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine per dilectum filium Deodatum Lomellinum Fratrem, & Procuratorem generalem ejusdem Ordinis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prerogativas, favores, conservaciones, declarationes, facultates, dispensaciones, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, eidem Ordini Minorum, ejusque Correctori generali, ac fratribus, & fororibus, aliisque religiosis utriusque sexus, eorumque domibus, Monasteriis, Ecclesiis, & locis regularibus quibuscumque per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet concessa, ac pluries confirmata cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulas literas tam sub plumbo, quam in forma Brevis, aut alias desuper confectas, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, quantum tamen sint in usu, & non sint revocata, seu sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversentur, ex certa nostra scientia, ac de apostolica potestate plenitudine tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus: illisque perpetuæ, & inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clausula

Executores deputatio

§.2. Ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus.

§.3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, necnon dilecto filio causarum Curie Camere Apostolicæ generali Auditori per presentes committimus, & mandamus, quantum quilibet eorum, quandocumque fuerint requisiti, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Correctoris generalis, & fratrum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant easdem plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere: non permittentes quempiam desuper contra presentium tenorem sub quovis pretextu, & causa, etiam defensionis nostræ per quoscumque

quomodolibet indebite molestari, quinimo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingeret, omnino semper in pristinum reponi: Contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis derogatio

§.4. Non obstantibus præmissis, ac pia memoria Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinum prædictorum statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alias expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Transumptorum fides

§.5. Verum quia difficile foret, presentes literas ubicumque opus esset, deferri, volumus, & pariter auctoritate apostolica decernimus, quod illarum transumptis manu alicujus ex Secretariis cujusvis prædictorum Prælatorum generalium, ac Romanæ Curie Commissarii, & successorum, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo officii alterius eorumdem, aut persone in dignitate ecclesiastica constituta, seu Curie ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Dat. die 28. Junii 1624. An.I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Junii 1624. Pontificatus nostri Anno I.

Lucas

Ex Regest. in Secret. Brevis

Lucas Antonius Virili Commissarius Apostolicus deputatur, ut intersit actis a Francisco Maria de Rovere Urbini Duce faciendis, Literisque scribendis ad fidelitatis juramentum ab ipso, Arciumque sui Domini Præfectis, & Governoribus Locorum Romano Pontifici, & Reverendæ Camere Apostolicæ præstantum necessariis.

Dilecto filio Magistro Luca Antonio Virili in aeraque Signatura nostra Referendario.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Urbini Duce Arcium Domini Præfectis, & Locorum Governoribus subente, ut fidelitatis juramentum præstant Pontifici

§.1. CUM dilectus filius nobilis vir Franciscus Maria de Rovere Urbini Dux omnibus, & singulis Propugnaculorum, sive Fortalitorum, & Arcium Præfectis, seu Castellanis, necnon Governoribus, & aliis Officialibus Armorum, Civitatum, & locorum Ducatus, seu Status Urbini, necnon Civitatum Pisauræ, & Senogallienæ, ac Status Montisferetranæ, ut fidelitatis, & aliaque Juramenta in nostrum, & Cameræ Apostolicæ favorem præstant, coram Notario, & Testibus præcipere, & mandare, ac successively Literas ad jura nostra, & Sedis, & Camere Apostolicæ super Ducatu, & Statu Urbini, & Civitatibus Pisauræ, & Senogallienæ, & Statu Montisferetranæ, prædicte, ac Juramenta prædicte, & alia nonnulla, attinentes, ad Nos similiter coram Notario, & Testibus certis modo, & forma, quibus hodie Dux prædictus ad subscriptionem utitur, subscribere, dare, & mittere intendet.

Urbanus Antonium Virilem deputat, ut hujusmodi actis ad literas recipiat

§.2. Idcirco Nos de tua fide, prudentia, & integritate plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Tibi per presentes committimus, & mandamus, ut ad dictum Franciscum Mariam Ducem te personaliter conferas, ac mandatis, præceptis, & literarum prædictarum subscriptionibus per eundem Franciscum Mariam Ducem, ut præfertur, dandis, & faciendis nostro, & Sedis Apostolicæ nomine præfens sis, & assistas: super quibus omnibus, & singulis plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem tibi concedimus, & impertimur.

Contraria tollit. Dat. die 19. Junii 1624. An.I.

§.3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 29. Junii 1624. Pontificatus Nostri Anno I. (2)

(a) Eiusdem Exempli Breve expeditum fuit Fr. Felice Franciscano a Camera Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium Vicario Apostolico Generali.

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Devoluto ad Cameram Apostolicam Urbini Ducatu, mandatur nonnullis Delegatis, curent eos in Fortalitia, & Arce ejusdem Ducatus admitti, qui ab Heredibus defuncti Ducis Francisci Mariae de Rovere ad Inventarium Tormentorum, Armorum, ceterarumque rerum conficiendum designabuntur.

Ex Regest. in Secret. Brevis

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Considerantes Ducatum Urbini, necnon Civitates Senogallienæ, & Pisauræ, & Sancti Leonis cum Terra, & Arce Majoli, ac totum statum Montisferetranæ, aliaque Domina, Civitates, Oppida, Terras, Castra, Propugnacula, Fortalitia, & loca quaecumque etiam specialiter nota, & expressione digna, in, & sub statu dicti Ducatus Urbini ad præfens quomodolibet comprehensa, & dilecti Filii nobilis viri Francisci Mariae Urbini Ducis antecessoribus, dudum a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris in Feudum sub pactis, & conditionibus in investituris desuper factis contentis, & expressis data, & concessa, seu alias per ipsum Franciscum Mariam Ducem quomodolibet possessa, per obitum dicti Francisci Mariae Ducis sine liberis, & descendens masculis legitimis, & naturalibus, ob lineam finitam, una cum omnibus eorum Territoriis, Districtibus, Jurisdictionibus, Fortalitiis, sive propugnaculis, membris, juribus, & pertinentiis universis, excepto Castro Podii Hibernorum, & aliis bonis non feudalis, nec jurisdictionalibus relaxatis, & reservatis Duci prædicto, ejusque heredibus, & successoribus in Instrumento Concordiæ celebrato sub die 30. Aprilis proxime præterita disponente Domino aperta, ac ad Nos, & Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Cameram Apostolicam reversa, & devoluta iri.

Cum post obitum Ducis Francisci Mariae de Rovere Urbini Ducatus ad Cameram Apostolicam devolutus

§.2. Idcirco motu proprio, & ex certa scientia nostra futuro ejusdem Ducatus nostro, & Sedis Apostolicæ Legato, seu Governori, necnon Venerabili Fratri Joanni Archiepiscopo Adrianopolitano Provinciae Marchie, & dilectis Filiis Magistro Fabricio Verospio Cappellano nostro, & causarum Palatii Apostolici Auditori Civitatis Perusæ, ac Provinciae Umbriae Governoribus, necnon Hieronymo Vidono Camere Nostre Apostolicæ Clerico Provinciae Nostre Romandiolæ Præsidi, necnon eorumdem Governori, & Præsidi in officio successoribus per presentes committimus, & mandamus, ut habita per eos Ducatus, Civitatum, Dominiorum, & aliorum prædictorum, libera, reali, & pacifica possessione, Castellanis, seu Præfectis Arcium, Fortalitorum, sive Propugnaculorum Ducatus, Civitatum, Dominiorum, & aliorum locorum hujusmodi, au-

Pontifex nonnullos deputat, qui curent personas ab Heredibus ultimi Ducis mittendas pro Inventario conficiendo in Arce, & Fortalitia recipi

G g Actori

floritate nostra præcipiant, & mandent, ut ipsi in Arces, & Fortalitia, & five Propugnacula eorum curæ commissas, & commissa personas a futuris dicti Francisci Maria Ducis hæredibus, & Successoribus mittendas, & jam forsân destinatas, recipiant, & admittant ad effectum Inventarium, & descriptionem Tormentorum bellicorum, armorum, & aliarum munitionum in distis Arcibus, Fortalitiis, five Propugnaculis existentium una cum ministris nostris consi- ciendi, cæteraque omnia, & singula, quæ pro complemento, & totali exequutione concordia prædicta nomine nostro cum eodem Francisco Maria Duce, seu ejus ministris, & pro eo Agentibus sub die 30. Aprilis proxime præteriti initæ, & celebrata necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. die 1. Julii 1624. An. I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Julii 1624. Pontificatus Nostri Anno I. (a)

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Considerantes &c. Adrianopolitano Provincie nostræ Romandiolæ, & Exarcatus Ravennæ Præsidi, ac dilecto filio Magistro Diomedio Varese in utraque Signatura nostra Referendario Provincie nostræ Marchie Anconitanæ Gubernatori, necnon eorundem Præsidis, & Gubernatoris in officio successoribus &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Martii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

Sequitur facultas eisdem Apost. Commissariis recipiendi fidelitatis Juramentum, a Gubernatoribus, aliisque Officialibus Status Urbini Sanctæ Sedi Apostolicæ præstandum.

Dilecto filio Franciscino a Cascia Ordinis Minorum Conventualium Vicario Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Cupiente ipso Duce, ut Gubernatores, & alii Officiales fidelitatis Juramentum Sedi Apost. præstent;

§.1. Cum dilectus filius nobilis vir Franciscus Maria Urbini Dux provide considerans, Ducatum Urbini, necnon Civitates Senogallien., & Pisaren., & Sancti Leonis cum Terra, & Arce Majoli, ac totum Statum Montisferetran., aliaque Dominia, Civitates, Oppida, Castra, Terras, Arces, Propugnacula, seu Fortalitia, & loca quæcumque, etiam speciali no-

(a) Idem sequenti anno negotium commissum legitur Exarcatus Ravennæ Præsidi, & Provincie Marchie Gubernatori altero quidem Brevis ejusdem exempli, cujus fœmnam tantummodo referendam esse censuimus.

ta, & expressione digna in, & sub Statu dicti Ducatus Urbini ad præsens quomodolibet compræhensa, ejus Antecessoribus dudum a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris in Feudum data, & concessa, seu alias per eum quomodolibet possessa, per obitum suum sine liberis, & descendenti- bus masculis legitimis, & naturalibus ob lineam finitam, cum omnibus eorum Ter- ritorii, Districtibus, Jurisdictionibus, mem- bris, Juribus, & pertinentiis universis, ex- cepto Castro Podii Hibernorum, & aliis bonis non feudalis, neque Jurisdictionali- bus relaxatis, & reservatis Duci præfato, ejusque hæredibus, & Successoribus in In- strumento Concordia celebrato sub die 30. Aprilis proxime præteriti, aperta, ac ad Nos, & Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Cameram Apostolicam reversa, & de- voluta iri, cupiat suam erga Nos, & hanc Sanctam Sedem Apostolicam fidem, & devotionem, qua semper in nostro, & ejusdem Sedis conspectu claruit, uberioris voluntatis sue significatione omnibus testatâ relinquere, & propterea, ut postquam vi- am universæ carnis, ita disponente Domi- no, ingressus fuerit, illico Civitates, ac Oppida, Terra, Castra, Arces, Propu- gnacula, five Fortalitia, & alia loca præ- dicta Status hujusmodi, illorumque posses- sio vacua, & expedita, pacifice, & sine strepitu armorum nobis, Sedique, necnon Cameræ prædictis tradantur, & consignen- tur, ac ut Armorum Gubernatores, Castellani, seu Præfecti Arcium, nec non alii quicumque Officiales quocumque nom ine nuncupati, quibus superintendia, & cura principalis, ab alio militia officiali non dependens armorum, & militum cu- juscumque Civitatis, Arcis, Oppidi, Fortal- litii, & loci incumbit, eorumque, & cu- juslibet ipsorum existentes Locumtenentes ad id paratiores sint, ut Nobis Domino di- recto Ducatus, & Statuum prædictorum, & Romanæ Ecclesiæ, Sedique, & Cameræ prædictis in nostris, seu personæ a Nobis de- putandæ manibus fidelitatis præstent Jura- mentum, intendat.

Pontifex Com- missarios Ap- deputat, qui illud recipiat.

§.2. Nos promptam, & devotam ipsius Francisci Maria Ducis fidem, & devotio- nem hujusmodi plurimum in Domino com- mendantes, necnon de tua fide, prudentia, integritate, ac in gravissimis rebus ge- rendis experientia plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apo- stolicæ potestatis plenitudine. Tibi, ut a Gubernatoribus Armorum, Castellanis, seu Præfectis Arcium, & aliis quibuscumque officialibus quocumque nomine nuncupatis, quibus superintendia, & cura principa- lis ab alio militia officiali non dependens ar- morum, & Militum cujuscumque Civitatis, Arcis, Oppidi, Fortalitiis, & loci incumbit, eorumque, & cujuslibet ipsorum Locum ten- nen. existentibus supradictis, & eorum singu- lis quocumque fidelitatis, & alia que e- cumque Juramenta, juxta formam tibi tra- ditam, cum omnibus, & singulis in ea con- tentis

tentis recipere, & ad hunc effectum, si opus fuerit, & quotiescumque tibi videbitur, quemcumque, seu quoscumque idoneum, seu idoneos Notariorum, seu Notarios, vel Tabelliones tibi benevolos eligere, nec- non Gubernatores Armorum, Castellanos, Arcium Præfectos, & alios quoscumque Officiales, eorumque, & cujuslibet ipso- rum Locumtenentes existentes præfatos, ad Juramenta hujusmodi, in casu eorum muta- tionis a futuris eorum successoribus reci- piendis, deputare, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, etiam si ta- lia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specificam, & expressam requirerent men- tionem, facere, dicere, gerere, & exe- qui libere, & licite possis, & valeas, tenore præsentium, plenam, liberam, & am- plam facultatem, & auctoritatem concedi- mus, & impertimur.

Derogat con- trariis.

Dat. die, an- noque eisdem

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Julii 1624. Pontificatus Nostri Anno I. (a)

LXIV.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Confirmatur Decretum Regis Hispaniarum circa modum inquirendi de Nobilitate, & puritate sanguinis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Philippi Regis Decretum.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit Charissi- mus in Christo Filius noster Phi- lippus Hispaniarum Rex Catholicus, quod ipse ad obviandum molestiis, atque expen- sis, quæ in sumendis in Regnis Hispaniarum Informationibus super nobilitate, & puritate sanguinis proveniebant, sub die 10. Fe- bruarii 1623, statuit, & decrevit, ut in li- nea, five lineis, in quibus tres actus positi- vi nobilitatis, vel puritatis sanguinis legitime facti reperirentur, perinde habeantur, ac si in rem Judicatam, & exequutioni de- mandatam transiverint, in vimque trium actuum hujusmodi jus reale ipsi personæ, ejusque per lineam rectam, & ut præfertur, probatam descendentiis, acquiratur, ad hoc, ut in lineis, super quibus emanarunt li- neæ hujusmodi, pro nobilibus, & idoneis qualificata sint, & esse censeantur, absque eo quod quicquam aliud, quam personarum de lineis, pro quibus actus hujusmodi emanarunt, descendentiis probare minime teneantur, idemque etiam intelligi voluit, licet actus prædicti in diversis Collegiis, Tribunalibus, Communitatibus, seu uno ex eis dumtaxat adquisiti fuerint, cum hoc ta-

(a) Ejusdem exempli Breve expeditum fuit præfato quoque Lucae Antonio Vicili. Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

men, ut actuum prædictorum acquisitio ad hunc effectum, nullatenus suffragetur, nisi iidem actus in Sancto Inquisitionis Officio compræhensis illius familiaribus, ac trium Ordinum Militarium consilio, seu Hospi- talis S. Joannis Hierosolymitani, necnon Ecclesiæ Toletanæ, aut quatuor Salamantin., & uno Oppidi de Alcalá Toletanæ Dioc., ac reliquo Civitatis Vallisoletanæ Majoribus Collegiis proveniant. Et quia in aliis nego- ciis super re judicata novæ interdum, five per Instrumenta de novo reperta, five ob falsitatem seu alias ob causas lites renovan- tur, voluit idem Philippus Rex, ut tres actus modo, & forma præmissis qualificati in rem transeat Judicatam, jusque præten- dentibus acquiratur, eidemque rei judicate stetur, & Jus illius vigore acquisitum valeat, etiam si defectus, qui impedimentum asser- re potuisset, si prius innotuisset, postea de- tegatur, & aliâs prout in decreto, sep statuto desuper facto plenius dicitur contineri.

Qui illud Pon- tificia auctori- tate petit ra- borari.

§.2. Cum autem, sicut eadem exposi- tio subjungebat dictus Philippus Rex pluri- mum cupiat, statutum, seu Decretum hu- jusmodi pro firmiori illius observatione apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti;

Confirmat Urbanus.

§.3. Nos ejusdem Philippi Regis votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, supplicationibus ejusdem nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclina- ti, statutum, seu Decretum hujusmodi, om- niæque, & singula in illo contenta, aposto- lica auctoritate tenore præsentium approba- mus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti de- fectus, si qui desuper quomodolibet inter- venerint, supplemus; Insuper auctoritate, & tenore prædictis statuimus, ut is etiam pro actu positivo habeatur, qui per Informatio- nes Collegii Ispalensis fiet, non secus ac si per Collegiorum prædictorum informatio- nes factus fuisset, quodque tres actus positi- vi, qui pro qualificanda nobilitate requirun- tur, unus necessario ex prædicto Ordine Militarium consilio sit, & esse debeat.

Classulas ap- ponit.

§.4. Decernentes presentes literas, om- niæque, & singula in eis contenta valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in- violabiliter observari; Sicque per quoscum- que Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubi- que judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conti- gerit attentari.

Et derogat obstantibus.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatum- vis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, necnon Militiarum, & Ordinum quorumcumque, etiam Juramen- to, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consue- tudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Li- teris